Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



nus pars hereditatis me e. ℣ Notas fecisti
michi uias uite adimplebis me letitia cum uultu
tu o & delectationes in dextera tu a usq; in finem.
Quia adextris, CO Domine domi
nus noster quam admirabile est nomen tu um in universa
Ibi dixit cor meum FER. III. Tertia,
quesiui uultum tuum uultum tuum domine requiram
ne auertas faciem tuam a me, ℣ Dominus illuminacio mea &
salus mea quem timebo, GR Jacta cogitatum, OF Miserere
michi domine secundum magnam misericordiam tuam de le
domine iniquitatem meam. ℣ Quoniam iniquitatem meam
ego agnosco & delictum meum coram me est semper; ℣ Tibi
soli peccaui & malum coram te feci miserere mei ut iustificeris
domine in sermonibus tu is, Dele, CO Narrabo omnia
mirabilia tu a letabor & exultabo in te psallam nomini tuo al
E deuelinquas me FER. III. Altissime,
domine deus meus ne discedas a me intende in adiu
torium meum domine uirtus salutis me e, ℣ Domine ne
in furore tuo arguas me neq; in ira tua corripias me, GR Sal
uum fac populum tuum domine & bene
die hereditati tu e. ℣ Ad